

## НАСЛЕДИЕ

УДК 930.272(09)"1594"

DOI: 10.22378/2313-6197.2017-5-2.437-459

ПИСЬМО ПОЛЬСКОГО ГЕТМАНА ЯНА ЗАМОЙСКОГО  
«О ПРОХОЖДЕНИИ ТАТАР ЧЕРЕЗ ПОКУТЬЕ В 1594 ГОДУ»*Роман Хаутала*<sup>1,2</sup>, *В.П. Гулевич*<sup>3</sup><sup>1</sup> *Институт истории им. Ш. Марджани АН РТ  
Казань, Российская Федерация*<sup>2</sup> *Университет Оулу  
Оулу, Финляндия  
romanhautala@gmail.com*<sup>3</sup> *Аппарат Верховной Рады Украины  
Киев, Украина  
gulevych\_v@ukr.net*

Настоящая статья содержит текст послания, которое польский гетман Ян Замойский адресовал кардиналу Чинцио Альдобрандини 12 августа 1594 года с описанием обстоятельств недавнего вторжения татарского войска в Венгрию. Судя по содержанию письма, Замойский не скрывал своего стремления оправдаться в глазах Римской курии за неэффективность своих действий, которые должны были бы воспрепятствовать татарам вторгнуться в Венгрию через украинские земли, находившиеся в подчинении Речи Посполитой. Таким образом, данное послание представляет собой двоякий интерес. В первую очередь, послание Замойского изобилует сведениями об этапах следования татарского войска на запад и стратегаеме хана Гази Гирея, позволившей татарам усыпить бдительность польского гетмана и безболезненно проникнуть на венгерскую территорию. С другой стороны, относительный интерес в послании представляют несколько неуклюжие попытки Замойского обосновать свои неудачные действия.

Данная статья, таким образом, содержит латинский текст послания и его русский перевод, как и предисловие и необходимые комментарии к тексту, поясняющие причины и сам ход вторжения татар в королевство Венгрии. Кроме того, в статье приводятся факсимиле двух рукописных копий письма из Амброзианской библиотеки в Милане.

**Ключевые слова:** Османские завоевания на Балканах в конце XVI века, вторжения Крымских татар в Центрально-Восточную Европу, королевство Венгрии, Речь Посполитая, польский гетман Ян Замойский

**Для цитирования:** Хаутала Р., Гулевич В.П. Письмо польского гетмана Яна Замойского «О прохождении татар через Покутье в 1594 году» // Золотоордынское обозрение. 2017. Т. 5, № 2. С. 437–459 + 22 с. илл. DOI: 10.22378/2313-6197.2017-5-2.437-459

Закончив в 1590 г. войну с Ираном, Османская империя смогла вновь сфокусироваться на противостоянии с Габсбургами, располагавшими обширными владениями в Центральной Европе и, в частности, Венгрией. Сами Габсбурги

© Хаутала Р., Гулевич В.П., 2017

занимали оборонительную позицию в конфликтах с османами, в ходе которых император Рудольф II получал финансовую поддержку от отдельных европейских монархов и Ватикана. Австрийцы выстроили ряд крепостей для укрепления границы, но уже в 1591 г. губернатор османской Боснии Хасан-паша захватил несколько из них на хорватской границе. В 1593 г. он осадил укрепление Сисак, но спешно собранные австрийские войска разбили его, что и стало поводом для начала Тринадцатилетней или «Длинной» войны 1593–1623 гг.

Первый этап войны с 1593 по 1596 гг. сопровождался крупными походами и масштабными осадами крепостей. Турки начали подготовку к войне еще в феврале 1593 г. В июле того же года визирь Кожда Синан-паша возглавил османское войско и выступил против Австрии [6, с. 240–241]. Под командованием визиря было от 30 до 60 тысяч воинов. В конце августа османы захватили Сисек, а в октябре – Веспрем; после чего они отошли на зимовку к Белграду [4, с. 31–32].

В том же 1593 г. по инициативе папы Климента VIII была создана Священная лига, в которую вступили Испания и несколько государств Италии и Германской империи. В основном их участие свелось к незначительной финансовой поддержке Габсбургов. Но один из наиболее сильных потенциальных участников союза – Польское королевство – занял в этой войне нейтральную позицию.

Собрав до 25 тысяч воинов, в ноябре 1593 г. венгры смогли разбить турецкие силы при Пакозде и захватить ряд важных крепостей. Под впечатлением от этих новостей в феврале 1594 г. правитель Трансильвании Батори высказал папскому нунцию желание присоединиться к Лиге и отправил посольство к императору Рудольфу II. Новый 1594 г. начался для императора успешно. Отличились венгерские военачальники: Миклош Палффи захватил Ноград, а Дьердь Зриньи – несколько крепостей, прикрывавших Сигетвар. В мае брат императора, эрцгерцог Максимилиан, осадил Эстергом, взятие которого открывало дорогу на Буду.

В этих условиях османское командование испытывало нужду во вспомогательных отрядах легкой конницы, роль которой ранее играла кавалерия-акинджи, бывшая на службе у различных беев-военачальников, которые осуществляли территориальные завоевания на Балканах параллельно с турками. Согласно турецкому летописцу Наиме, 4–5 мая 1594 г. султан выслал крымскому хану Гази Гирею приказ присоединиться к войску Кожды Синан-паши на Балканах. Уже 27 июля татарское войско достигло Северной Венгрии, где соединилось с османским в районе города Тата [2, с. 21–22]. По данным московских дипломатов, хан привел в Венгрию 70 тысяч, а его брат, калга Фетх Гирей – 15 тысяч воинов [3, с. 42]. Однако в действительности их было в два раза меньше.

Это не было первым появлением татар в Центральной Европе в XVI в.: в 1543 г. крымские татары помогали османам осаждать венгерский Секешфехервар, а в 1566 г. – Сигетвар [26, р. 31]. В начале 1588 г. татарская конница оказала помощь польскому гетману и канцлеру Яну Замойскому в Силезии во время борьбы за польский трон между Сигизмундом III и Максимилианом Габсбургом [16, с. 66–68]. В последнем случае это были не крымские, а польские татары. Но даже само упоминание татар вызывало панику в далекой от Крыма Великопольше и Силезии, откуда купцы распространяли ее до самой Вены, как

это было во время нападения крымцев на Малопольшу в конце 1575 г. [10, s. 177]. Иногда поляки сознательно подогревали эти настроения. Так, во время сейма, на котором решался вопрос выбора монарха после побега из Польши короля Генриха Валуа, 30 января 1576 г. имперские послы доносили, что турки и татары напали бы на Польшу в случае избрания австрийского кандидата [17, s. 106]. Таким образом, панический страх перед угрозой нападения татар распространялся по Европе еще до того, как они там появлялись.

Коронный гетман Ян Замоиский узнал о планах хана Гази Гирея совершить поход на Венгрию, исполняя приказ султана, от слуги турецкого чауша, который ранее был человеком панов Ярмолинских, но позже принял ислам. В 1593 г. хан потребовал от господаря Молдавии Арона проводников [9, № 28, s. 109], но тот тянул время и предупредил Батори, венгров и Замоиского [11, № 169, 171, p. 179, 180; 9, № 28, s. 109–111]. Однако гетман не знал, каким путем пойдут татары. В письме к польному гетману Станиславу Жулкевскому он приказывал стеречь татар у Днепра и Днестра. Но сам Жулкевский, хоть и желал, чтобы татары направились через польские земли, чтобы иметь возможность с ними сразиться, не верил, что они пойдут через Карпаты [15, № 23, s. 40–41 (письмо от 2 марта 1594 г.)]. Тем не менее он отправил своих людей в степь, чтобы стеречь татар и перехватить их на Черном шляхе [15, № 24, s. 42–44]. Для того чтобы воспрепятствовать проходу татар в Венгрию, в январе 1594 г. к запорожцам был отправлен австрийский посол Эрих Лясота. Он добрался в Запорожскую Сечь лишь летом, но к тому времени татары уже форсировали Днепр. Казаки не смогли помешать татарам, поскольку тех поддерживал османский флот [13, s. 31; 8, с. 102–121]. Пройдя через Молдавию, уже в начале июля крымское войско хозяйничало на Покутье и в Галичине, опустошая окрестности Снятина, Коломыи, Галича, Жидачева, Стрыя, Обертину. Хотя Замоиский и сконцентрировал свои силы под Бродами, но из-за малого их числа он не мог им противостоять. Гази Гирей не стал дожидаться, пока Замоиский соберет все возможные подкрепления, и, обойдя гетманский обоз, 10 июля направился в сторону Венгрии, где нанес поражение венгерскому войску. Как оказалось, он имел хороших проводников.

Беспрепятственный проход татар через Галичину и ее разорение вызвали в Польше шквал критики в адрес Замоиского. Злопыхатели язвили, что он стеречь свою молодую жену бдительнее, чем интересы Речи Посполитой, и слали на него доносы королю Сигизмунду III Вазе. Гетману не оставалось ничего другого, как только ждать на границе с войском возвращения татар. Но отягощенный богатой добычей Гази Гирей вернулся в Крым другой дорогой в феврале 1595 г. [17, s. 234].

#### *Примечания к изданию текста*

Следующий ниже текст воспроизводится по рукописной копии письма, сделанной итальянским гуманистом Джан Винченцо Пинелли (1535–1601) и содержащейся в кодексе Амброзианской библиотеки в Милане (S 96 sup., fol. 349<sup>r</sup>–353<sup>r</sup>)<sup>1</sup> [см. описание кодекса в: 20, № 368, p. 142–143]. Судя по разночте-

<sup>1</sup> Обратная сторона предшествующего основному тексту листа (348<sup>v</sup>) оставлена пустой, тогда как на лицевой стороне (348<sup>r</sup>) стоит только следующий заголовок: «Письмо о прохождении татар через Подутье [sic] в 1594 году» (De transitu Tartarorum per Podvciam [sic] anno M.D.XCIII Epistola).

ниям, содержащимся в этой копии, она, вероятно, была сделана вне зависимости от первопечатного издания письма, опубликованного в Кракове вскоре после его написания [27; ниже в тексте обозначается как С]. Данное первопечатное издание письма предварялось следующим вступлением Матеуша Клодзинского:

«Прославнейшему и почтеннейшему властителю и повелителю, господину Георгию, титулярному пресвитеру Святого Сикста, кардиналу Святой Римской церкви Радзивиллу<sup>2</sup>, вечному администратору Краковской епархии и т.д., князю Олики<sup>3</sup> и Несвижа<sup>4</sup> и т.д., и т.д.

Моему почтеннейшему господину и патрону.

Когда в эти дни прославнейший и выдающийся господин люблинский палатин и краковский генеральный капитан<sup>5</sup>, сенатор, отличающийся благородством и добродетелью, поделился со мной копией письма о последней татарской экспедиции, адресованного прославнейшему кардиналу Святого Георгия прославнейшим господином канцлером и генералом королевства<sup>6</sup>; я посчитал уместным, чтобы оно было издано публично и достигло всех не только для того, чтобы, публично представленное, оно стало публично известным всем, но также чтобы освободить души людей от некоторых ошибочных предрассудков. Ибо в душах некоторых укоренилось устаревшее мнение, что бешенства скифов<sup>7</sup> следует опасаться только лишь из-за скорости их передвижения, которая не может ничего против мощи и крепости или совсем мало, что нам, почти беззаботным, казалось, во всяком случае, до сих пор наиболее веским соображением: в этом, в действительности, крылась причина немалых бедствий. То, что все это, однако, обстоит противоположным образом, может показать не только не самый счастливый исход войн древних и их же самых могущественных царей – величайшего Кира, Дария, Александра Великого и также прочих, – когда кто-либо из них имел дело со скифами, но и сегодняшняя самонадеянность тех, кто полагаются на число и мощь. О, если бы люди захотели так же серьезно поразмыслить, каким образом можно противостоять тому, отчего они так страдают и негодуют, когда что-нибудь происходит вразрез с нашими желаниями! Решив вынести это письмо на публичное суждение по указанным мною причинам, я, однако, подумал посвятить его при этом, как будто бы частным образом, тебе, прославнейший кардинал, чтобы сначала, написанное почетнейшему кардиналу, оно появилось на публике под именем столь великого кардинала; в особенности же, дабы затем, занимающий столь прославленное положение на как буд-

<sup>2</sup> Юрий (Ежи) Радзивилл (1556–1600), сын канцлера Великого княжества Литовского Миколая Радзивилла «Черного», кардинал с 1583 г. Один из ближайших советников короля Сигизмунда III Вазы.

<sup>3</sup> Город Олыка (укр. *Олика*, пол. *Ołyka*), один из центров владения Радзивиллов. Теперь поселок городского типа в Киверцовском районе Волынской области Украины.

<sup>4</sup> Город Несвиж (бел. *Нясвіж*, пол. *Nieśwież*), один из центров владения Радзивиллов. Теперь административный центр Несвижского района Минской области Беларуси.

<sup>5</sup> Люблинским воеводой в 1589–1597 гг. и старостой краковским в 1585–1620 гг. был Миколай Зебжидовский [24, № 373, s. 57; 23, № 351, s. 99].

<sup>6</sup> Речь идет о канцлере Польского королевства (1578–1605) Яне Замойском [21, № 213, s. 55].

<sup>7</sup> В данном случае, татар.

то бы некой возвышенности над этим королевством, ты и тщательно подумал об общем благоденствии прежде всего прочего, и приложил для него все труды и старания. Прощай! Написано в Кракове 10 сентября 1594 года.

Вашего прославнейшего высочества почтительнейший и покорнейший слуга, Матеуш Клодзинский, протонотариус Святого Апостольского престола, вильнский пресвитер, краковский каноник, секретарь его королевского величества»<sup>8</sup>.

В издании также учтены разночтения, содержащиеся в:

– копии в другом кодексе Амброзианской библиотеки XVI века (D 208 inf., 173<sup>r</sup>–178<sup>r</sup>) [см. описание кодекса в: 20, № 61, р. 47], основывавшейся на краковском первопечатном издании (ниже в тексте обозначается как **A**);

– печатном издании, сделанном в Гданьске через год после краковскового [28; ниже в тексте обозначается как **D**];

– франкфуртском печатном издании, включенном в 1599 году Николаусом Ройзнером в тринадцатую книгу его «Турецких писем» [19, XIII, р. 86–92; ниже в тексте обозначается как **F**].

*Латинский текст*

De Transitu Tartarorum Per Pocuciam Anno<sup>9</sup> M.D.XCiiij Epistola Ad Illustriss. et Reuerendiss. Dominum Cynthium S.R.E. Tit. S. Georgij Cardinalem Aldobrandinum: ab Illustriss. Dno Ioan de Zamoscio R.P. supremo Cancellario, et exercitt. Generali missa<sup>10</sup>.

Illustrissime et Reverendiss. Domine

<sup>8</sup> Illvstrissimo et Reverendissimo Principi et Domino, Domino Georgio, S.R.E. Tit. S. Sixti, Presbytero Cardinali Radiuilo, perpetuo Administratori Espiscopatus Cracovien. & c. Duci Olycae & Niesvicz, & c. & c. Domino ac Patrono meo colendissimo. Cvm hisce diebus ab Illu. et Magnifico Domino Palatino Lublinensi, eodemque Generali Cracouiensi Capitaneo, Senatore et dignitate et uirtute praestanti, exemplum epistolae ad Illustrissimum S. Gregorij Cardinalem, Ilustr. Domini Cancellarij, et generalis regni, de expeditione proxima Tartarica communicatum mihi fuisset, digna mihi uisa fuit, quae publice edita in omnium manus perueniret, non modo quod quae publice geruntur, ab omnibus cognosci publice intersit: uerumetiam ut opinionis cuiusdam errore animi hominum liberentur. Inueterata enim quorundam animis opinio insedit, Scytharum rabiem celeritate sola fere metuendam: uiribus, roboreque, aut nihil aut parum posse. quae res nobis certe hactenus potissima quasi securitatis: haec uero non paucorum incommodorum causa extitit. Secus autem totum id esse, non modo priscorum, eorundemque potentissimorum Regum, ut Cyri maioris, Darij, Alexandri magni, caeterorumque quibus aliquid cum Scythis rei fuit, non satis felices bellorum exitus testantur: sed uel praesens haec audacia illorum, numero et robore fidens, ostendere potest. Cui quomodo occurri possit, utinam tam serio homines cogitationem suscipere uellent: quam cum quid secus, ac uolumus, accidit, aut dolent, aut indigne ferunt. Tibi quidem Illustrissime Cardinalis, cum ob eas, quas ostendi, causas, publici iuris epistolam hanc faciendam iudicassem, priuatim tamen consecrandam quasi putauit, primum ut ad amplissimum Cardinalem scripta sub tanti Cardinalis nomine in publicum prodiret: tum uero maxime, quod tam illustri loco, et quasi in specula quadam regni huius positus, de communi salute et cogites diligenter prae caeteris, et tantum studij ac laboris impendas. Vale. Datum Cracouiae die 10. Sept. Anno 1594. Illustriss. Celsitudinis Vestrae, paratiss. et obsequentiss. Seruitor, Matthias Clodzinski, S. Sedis Apostolicae Protonotarius, Praepositus Vilnen. Can. Crac. S.R.M. Secretarius.

<sup>9</sup> C: *anni*.

<sup>10</sup> F: *Joannes de Zamoscio, Regni Poloniae Sypremys Cancellarius, & Exercituum Ductor Generalis, Cynthio S. Romane Eccles. Tit. S. Georgii Cardinali Aldobrandino.*

Pro eo loco, quod<sup>11</sup> apud S.D.N.<sup>12</sup> Illustrissima D.V. est proque eius inme beneuolentia, nulla res maior hic est, quam ad rem christianam pertinere petem<sup>13</sup>, de qua non meis literis certiozem Illustriss. D.V. faciendam mihi statuum. Atque optarem sane letiore aliquo nuntio impertiri me Illustriss. D.V. posse, sed cum omnia, quae ab aliena, seu diuina potius voluntate pendent optare quidem, et pro uirili, ut quam optime cadant, elaborare possimus, non raro autem aliter cadant, quam uel optamus, uel speramus: eius nunc rei nuntium perscribere Illustriss. D.V. cogor: que quem alius dolorem afferat, nescio, mihi certe uitam acerbam facit. Tartari igitur, cum omnium fere animis ab expectatione eorum auersis, nauigijs, a Turcarum Tiranno<sup>14</sup> numerosissimis, eis subministratis, solito traiectu relicto, in ipso ostio propere Borysthenem traiecissent, mox Nastro etiam ad Thehinam supra Moncastrum Turcicae ditionis transmissio, inde superiore uia, qua Solymaniano bello usi fuerant, uersus Taurinum recta ituros, et ipsi pre se tulissent, et ex Valachia nunciaretur; subito per Valachiam itinere conuerso, primum per oram quandam finum<sup>15</sup> Regni, deinde Transiluanicae ditionis in Vngariam penetrarunt: ita autem perruperunt, ut quamuis paruae omnino uires paratae essent, quibus numerosissimus barbarorum exercitus remorari posset; magis tamen fere fuga, aut similis fugae profectio eorum quam paucitas nostra, summo pugnandi ardore incensa, praelium eximeret. Ad quam quidem totam rem, nihil incommodius fere accidisse mihi uidetur, quam quod ante discessum regium, seu ante proxima potius comitia, de periculo, quod a paganis expectandum esset nihil cum M. Regia communicatum fuerit, atque ita in tempore, et periculo illi obuiri<sup>16</sup>, et quo illud propulsaretur, iustus exercitus comparari non potuerit. cum enim de Communicatione belli huius primum post discessum Regium, rebus sisekano<sup>17</sup> praelio iam ex asperatis; et spe pacis praecisa, aliqui ex senatoribus appellati fuissent, accidit; ut neque a Regia Maiestate mature rebus ijs occurri potuerit, de quibus ante discessum suum nesciuisset, et illa absente, ne uel omnium ordinum conuentus tuto haberi, uel ut maxime habitus fuisset quicquam de huius modi rebus statui posset, uereremur: Quod quidem uel apud ipsum nuntium Caesareae M.<sup>18</sup> iam hyeme non dissimulaui, responsum que, quod illi tum dederam, cum ad sereniss. Regem in sueciam, tum<sup>19</sup> ad sereniss. Reginam uiduam Varsouiam, ad Illustriss. etiam Cardinalem Radium<sup>20</sup>, alios que non nullos senatores, iisdem uerbis, quibus id dederam, mox prescripsi<sup>21</sup>. Cum enim, ut alios senatores ita me quoque nomine Caesareae M. appellasset, et difficultatem conuentuum indicendorum, et ad huiusmodi res sciscendas, ipsa Regia Maiestate praesente opus esse, multis ei iam tum demonstraui. Ad Tartaros uero quod pertineret, respondi posse eos ea uia, qua solymanno sigetum obsidente, usi fuissent, itinere a Regni finibus diuerso, et remoto, in Vngariam peruenire. Quam ob causam cum Mosco potius communicandum Caesareae Maiestati me putare, ut in Tartaros intentus esset, cum praesertim nobis etiam, si auxiliij quid christianis ferre deberemus, ita domo proficiscendum esset, ut a

<sup>11</sup> C, D, F: *quo*.

<sup>12</sup> F: *R.D.N.*

<sup>13</sup> C, A, D, F: *putem*.

<sup>14</sup> A: *Tyrano*; D: *Tyranno*.

<sup>15</sup> C, A, D, F: *finium*.

<sup>16</sup> C, A, D, F: *obuiam iri*.

<sup>17</sup> F: *Siseccano*.

<sup>18</sup> D, F: *Maiestatis*.

<sup>19</sup> C, A, D, F: *tum*.

<sup>20</sup> F: *Radinilum*.

<sup>21</sup> C, A: *perscripsi*.

Tartaris securi essemus, se<sup>22</sup> per nostros fines nichilominus perumpere<sup>23</sup> uellent, cum id sine damno, et iniuria nostra futurum non esset rem ipsam, prohibendi eos, ut cunque possemus, necessitatem nobis imposituram ostendi: Militem tamen exiguum admodum iam esse: cum omnis ratio grauioris periculi propulsandi, ad publicam fere expeditionem in comitijs relata esset, (quae contra tantam hostis eius celeritatem, non satis certe expedita est) Verisimilius tamen uideri mihi dixi, si in Vngariam ituri essent, per Turcicam ditionem ituros; quo recentiores ad bellum uenirent, cum omnis bellandi eorum ratio, in celeritate fere consistat. In omne<sup>24</sup> certe euentum, non maior ordinario numerus equitum scriptus fuerat, qui pro more contra subitas hostium excursiones excubarent ...<sup>25</sup> partim uiae, quae diuersae sunt, obsidendae, partim debellandus hostis fuerat, qui celeritate sine ulla controuersia facile omnibus gentibus praestat, numero autem non multis audacia, et robore corporis<sup>26</sup> nulli impar est. Due omnino rationes excludendi eius erant: una ut uel in patentibus campis illi occurreretur: altera, et uiae omnes, quae per montes ducant<sup>27</sup>, insiderentur. Praelio nulla parte hosti parem, cum tantis hostium copijs, quantae Tartaricae sunt, aequo in loco decernere, cuius rationis sit, quilibet facile iudicare potest. Reliquum erat, ut uel unius uiae, qua iturus putabatur, aut cum plures sint, omnium angustiae occuparentur, quorum illud, si in aliam uiam deinde se conuertisset, eludere in ipsius omnino potestate esset; hoc autem non modo sine ullo fructu, uerum presentissimo etiam cum periculo futurum, cum copiae per se exiguae in plures minoresque partes distractae, ne unum quidem impetum tanti exercitus sustinere potuissent. Non minus ad hec incommodum accedebat, quod cum superiorum, tum proximorum etiam comitiorum constitutione, certus locus uersus Borysthenem<sup>28</sup> designatus fuerat, in quo copiae in statuis haberentur: hostis autem diuersa, et breuiore longe uia per Valachiam in fines regni irruperit. Cum tamen iam sub initium, fere quadragiesimae de Consilio hostium aliquid in audiuisset, mox cum ad alios passim, tum maxime ad senatores literis datis, certiores de eo illos feci, cum sigillatim plerosque, tum coniunctim eos, qui uersauiae<sup>29</sup> ad audiendum czausium conuenerant: Verum omnibus fere, ut non negligendum periculum uidebatur, ita omnium ordinum absente Rege, conuentus habendi difficultas obstabat. Interim uero hoste morante, ut fieri solet ab alijs contemni<sup>30</sup> periculum coepit: ab alijs ne credi quidem, quidam etiam aliter diligentiam meam interpretari: quae securitas non parum deinde, cum a Valacho, in animis hominum confirmata fuit, tum ab ipso Tyranno Turcarum, quorum ille cum aduentum tartarorum ipse antea denunciasset, postea literis Turcae, quibus in Taurinensem uiam commeatum pro tartaro illi imperabat inductus camenetiam dimissis, alia uia, qua superioribus bellis in Vngariam iuerant, tartaros ituros nuntiabat: et tamquam omnia pacata iam essent, ad nundinas oppidorum suorum ex uicina Podolia, et Russia homines inuitabat. ad Turcam uero, cum sub discessum regium, nuncius missus esset qui quid absente rege expectandum nobis ab illo esset, exploraret, simulque de Tartarorum iniurijs quereretur, ita eum dimiserat; ut nichil omnino uel a se, uel a Tartaris hostile nos expectare debere prolixè promitteret, Ego tamen, cum priuatum militem, quem meis stipendijs alo instrumentumque bellicum,

<sup>22</sup> C, A, F: *si*.

<sup>23</sup> C, A, D, F: *perrumpere*.

<sup>24</sup> C, A, D, F: *omnem*.

<sup>25</sup> C, D, F: *Hisce*.

<sup>26</sup> Зачеркнуто: *praestat*.

<sup>27</sup> C, A, D, F: *ducunt*.

<sup>28</sup> F: *Boristhenum*.

<sup>29</sup> C, A, F: *Varssauiae*; D: *Varsauiae*.

<sup>30</sup> C, A, D, F: *contemni*.

iam primis quadragesime temporibus nihilominus in uicinis locis reliqui; ut quam primum certi aliquid de aduentu hostium cognouissem, ipse ad eos aduolarem; tum publicum, militem quo ad potui iisdem in locis moratus fui. Sub exitum Junij, cum hostis morantis aduentus iam frustra expectari putaretur, D. Castellanus Leopoliensis, campestris militiae praefectus, partim conuictis nobilitatis eorum locorum, grauem sibi militem quaerentis, partim sciti comitalis auctoritate adactus, uersus Borysthenem, quem admodum in comitijs constitutum fuerat, mandatis ea de re a me non expectatis, militem promouit. Interim Tartarum in Valachiam iam ingressum, ac maximis itineribus ad finis regni contendere diuersis nuntijs ad me perfertur: Magnam spem habebam, fore, ut partim in Valachia morae aliquid ei obijceretur, partim arboribus deiectis, uisusque per quas iturus esset, obstructis, impetus eius non nihil retardaretur qua de re iam multo, et ante, et postea hoste aduentante non solum cum<sup>31</sup> nostris, uerum uicinis etiam, literis ea de re ad illos datis, partim ipse, partim per alios communicaueram, atque ita non modo adipisci nos hostem posse sperabam, uerum paruus etiam copijs inter montes, et uiarum angustias rem contra eum gerere. Itaque literis ad exercitum, et nobilitatem, quibus ad arma eam conuocabam, mox dimissis; ipse priuatis tantum copijs meis, quas quem ad modum supra demonstraui, in uicinioribus Vngariae locis, per quae iturus hostis putabatur reliqueram, tormentisque bellicis, campestri usui aptis, ibidem hostes areptis, uersus contendit<sup>32</sup>, qui interim nullo in Valachia impedimento obiecto ab ingressu in Valachiam tertio die in fines regni percurrit, indeque prioribus uno atque altero diebus, lentioribus aliquanto itineribus contendit; quo, et per incendia terrore circumlato<sup>33</sup>, ancipites animos hominum distraheret, et equos recrearet; ut postquam<sup>34</sup> ad montes peruenisset, tanto magis celeritatem illorum incitare posset. Prae caeteris in meorum necessariorum possessiones maxime seruire<sup>35</sup> instituit. Praeter alios in primis Haliciam D. Palatini Belzensis affinis mei, praefecturam oppidum, immunitum, non modo exussit; Verum cum eodem in loco ipsum palatinum in arce lignea esse cognouisset, qui eam expugnarent, incederentque summissit: quibus strenue reiectis, nulla ulteriore mora interposita, ulterius progressus, simili odio Kalussam D. praefecti campestris consanguinei mei, territoriumque eius fere omne, ex instituto exussit. Erat in exercitu eius turma equitum Turcicorum, quibus czausius praeerat, quasi custos inspectorque illi additus. Cum superiore bello solymannio<sup>36</sup> in Vngariam Tartarus iret, a Theina<sup>37</sup> oppido, per oram Moldaue recta uersus Albam grecam, seu Taurinum, quae Turcici imperij in Ungaria est, contendit. Cum tamen per Regni huius fines eum iturum perlatum ad me esset, propterea hoc itinere illum euocatum suspicari caeperam; ut cum hyeme iam obsessuri Christiani Hatuanum dicerentur; qui autem frigus, et incommoda hyemis ferre possent, praeter Tartaros, ex alijs gentibus nullos fere Turca habeat illis immisis christianorum copias distineret: eandemque ob causam, postea aestate etiam non sine cura transitus eius esse, desinebam; quod id consilium Turcae esse uerbar<sup>38</sup>, ut omni parte Vngariae, quae intra fines nostros, et Danubium est, per Tartarum uastata cum hanc incendijs, et populationibus deleuisset, eo facilius Transdanubianos etiam in

<sup>31</sup> C, A, D, F: *cum*.

<sup>32</sup> C, D, F: *ibidem versus hostes areptis, contendit*.

<sup>33</sup> C, A, D, F: *circumlato*.

<sup>34</sup> C, D, F: *postquam*.

<sup>35</sup> C, A, D, F: *saeuire*.

<sup>36</sup> C, D, F: *Solymanniano*.

<sup>37</sup> C, D, F: *Thehina*.

<sup>38</sup> C, A, D, F: *uerebar*.



potestatem redigeret. Nunc cum hoc solum fere itinere hoc essequutus<sup>39</sup> esse uideatur, ut ad exercitum Turcicum perueniret; quid consilij secutus sit, ut illa relicta per Poloniae, et Transilvaniae fines non sine periculo, certo autem cum detrimento, et Vexatione exercitus ire maluerit, non satis essequor<sup>40</sup>. illius enim commodum, seu christianitatis incommodum si spectemus, etsi Taurinensis uia longior sit, quod tamen per pacata ubique iter illi sit, hoc caeteris ei praestat; ut partim sine periculo ullo, partim quod nullo periculo urgente, pro arbitrio suo moderari id possit, integris equis, in quibus omne robur eius est, ad locum perueniat, Nunc cum summa celeritate, uiaque impeditiore, perumpendum illi fuerit attritis, defatigatisque aut certe non satis integris equis illum euasisse, uel id argumento esse potest, quod quam<sup>41</sup> primum in plana Vngariae ex montibus penetrasset, neque agmina ulla ad populationes faciendas, quoquo uersum longius more suo dimiserit, et recta fere ad exercitum Turcicum, quanta maxima potuit celeritate uno agmine contendit. Paulo ante aduentum ipsius, manu aliqua in finibus facta: Villas aliquot Turcicas Kosaci<sup>42</sup> exusserant. An igitur hac re irritatus, ad uindicandas quasi iniurias hasce illorum iter huc conuerterit, siue etiam a Sinam<sup>43</sup> Bassa in odium aemili<sup>44</sup> eius ferrat<sup>45</sup> Bassae, qui nuntium Regium cum eo, quod supra demonstratum est, responso ex porta dimiserat, Vel ob Hatuani obsidionem soluendam, quae tamen, cum in Vngariam peruenit, solum<sup>46</sup> iam fuerat, hoc itinere ire iussus fuerit, conijcere non possum; per Poloniae quidem fines perrupturo, etsi plures viae propositae sint; propinquiores tamen tres fere<sup>47</sup>. Vna latior aliquanto, quam caeterae atque obid commodior, quod uero frequentissimis pagis maximi culta sit, ob praedam etiam maxime hosti expectanda<sup>48</sup>, per samboriam; altera iuxta Strium flumen, quae utraque Mukaciam Caes. ditionis Vngariae oppidum recta ducunt; tertia remotior, secundum Oporum alterum flumen, uersus Hustum Transilvaniae<sup>49</sup> ditionis prefecturam, intraque territorium Hustense iam caeteris fere angustior. Quod Samboriensis uia, et prima mihi uersus hostes contendenti occurreret, et ut omnium commodissima praedaeque, quam sequi ille solet, faciendae maxime opportuna, ea etiam Tartarus iturus pro certo nunciaretur, ea occurrere illi institui: a qua nimirum ut maxime alia uia iret, ipsa tamen itineris ratio, et series, ulterius deinde uersus eum me duceret. Iam in conspectum ignium hostilium perueneram, non longoque interuallo hostem abesse sentiens, mox leuiores equites aliquot, qui aduentum hostis explorarent, misi: alios parotos<sup>50</sup> habebam, qui militationibus<sup>51</sup> in locum mihi commodum hostem pertraherent; ita animo paratus, ut dum exercitus reliquus aduenteret, uel honesta morte, si sustinere impetum eius non possem, saltem morarer. Interim hostis in Hustensem uiam se conuertit, quod ex eo, quod nullos ignes iam amplius uidebam, mox suspicatus, ne expectato quidem reditu exploratorum mox moui. In itinere deinde ut progrediebar, uoluntarij aliqui se mihi adiuxerunt<sup>52</sup>, tum D. praefectus campestris,

<sup>39</sup> C, A, D, F: *assequutus*.

<sup>40</sup> C, A, D: *assequor*.

<sup>41</sup> F: *vt*.

<sup>42</sup> F: *Cosaci*.

<sup>43</sup> C, D, F: *Sinan*.

<sup>44</sup> C, A, D, F: *aemuli*.

<sup>45</sup> C, D, F: *Ferat*.

<sup>46</sup> C, A, D, F: *soluta*.

<sup>47</sup> F: *fuere*.

<sup>48</sup> C, A, D, F: *expetenda*.

<sup>49</sup> C, A, D, F: *Transiluanicae*.

<sup>50</sup> C, A, D, F: *paratos*.

<sup>51</sup> C, A, D, F: *velitationibus*.

<sup>52</sup> C, D, F: *adiunxerunt*.

cum stipendiario milite, qui tanta celeritate aduenerat, ut cum magno interuallo longius iter a statuiis, quam Tartari per Valachiam habuisset, fama tamen aduentus eorum excitus, uix non cursum eorum adaequarit. Impendimentis omnibus relictis, campestribusque tormentis solis assumptis, quanta adhiberi a nobis potuit, maxima festinatione, non minore autem spe, secuti hostem sumus; fore ut si alicubi obstaculi aliquid obiectum ei fuisset intra montes, assequi eum possemus. Interim hostis tanta contentione progredi, ut unius diei itinere, per plana quatuor, in montibus quinque, atque ita coniunctim nouem miliaria nostraria peruolaret, unoque isto itinere, ad radices iugi, quod tranuersum<sup>53</sup> per montes eos protenditur, portingeret<sup>54</sup>. Beskieth uulgo accolae uocant, finesque ditionis Polonicae, et Transiluanicae disternat ab eo deinde ad septimum circiter miliare, praefectus Hustensis, qui, et a me ea de re admonitus fuerat, et ab ipso etiam Principe Transilvaniae ternis literis de aduentum per fines nostros hostis sibi nuntiatum iam priusquam in Hustense uiam hostis, se conuertisset, certiozem me fecerat, arboribus deiectis, ipse ei ingustijs<sup>55</sup>, per quas ad Hustum itur, se obiecerat. Verum hostes summa audacia, et pernicitate, a lateribus per cacumina montium se precipitantes, a tergo illum circumuenere<sup>56</sup>; ut maiore parte caesa, praefectus, cum paucis aliquot, aegre fuga euaderet. Post nullo obsistente uersus Hustum promouit: montibus que superatis in potentes<sup>57</sup> Vngariae campos euasit. Secutus illum sum Kieleczanum usque, Transiluanicae ditionis pagum: ubi consilio de persequendo hoste habito, cum per montes in plana eum iam euasisse constaret, ut sine ulla fere spe, hostem pernicissimum, qui praesertim planiciem iam teneret, et nullo in loco moraretur, cum exercitu, et exiguo, et tantis itineribus non mediocriter defatigato adipiscendi, in alienam ditionem non accersiti, inuitatiue, quod uero caput esset, in iussu regis, aut ordinum, hostem ulterius persequeremur, nulli eorum, qui in consilio mihi aderant uisum fuit. Itaque, cum in loco a Tartaris iam ante uastato, uel propter famem diutius subsistere non possemus, quamuis dolens, et maerens, quid aliud tamen facerem, quam ut intrafines exercitum reducerem, non reperi. Habeo aut<sup>58</sup> nunc cum propinquis in locis. Interim, cum Regiae Maiestatis, quae sub hoc ipsum tempus, quo haec scribo, in Regnum, iam regressa nunciatur, tum ordinum mandatum expecto, Apud quos, quantum uel cohortatione, uel precibus ualuero, omnibus certe rebus in id incumbere non interminatam<sup>59</sup>, ut quam fluxa barbarorum fides sit, Vel ex actionibus hisce eius, qui non modo faederatam pacem nobiscum halet<sup>60</sup>, sed nouissime etiam per nuntium regium omnia pacata publice nobis renunciarit, aestiment; presensque Christianitatis periculum commune sibi cum reliqua christianitatae ducant. Ex itinere equestris ordinis quendam a se captum, et iuramento de mandatis suis ad me referendis prius adactum, denudatumque, et scuticis, quo firmior mandatorum ipsius moria<sup>61</sup> in illo haereret, caesum dimisit. Summa hec fuit, unum me potissimum obstare, quo minus donatium illi solueretur. Itaque nisi superiorum annorum donatiua, quam primum soluenda ei curarem, breui se apud nos fore, ipsum que me pro donatiuo ligatum Turcae ducturum. Deum Opt. Max. precari non desino, ut iuuandae Christianitatis, hostisque ulciscendi uoluntatem quidem eandem, quam semper habui,

<sup>53</sup> C, A, F: *transuersum*.

<sup>54</sup> C, A, D, F: *portingeret*.

<sup>55</sup> C, A, D, F: *in angustijs*.

<sup>56</sup> C, A, D, F: *circumuenere*.

<sup>57</sup> C, A, D, F: *patentes*.

<sup>58</sup> C, A, D, F: *autem*.

<sup>59</sup> C, D, F: *intermittam*.

<sup>60</sup> C, A, D, F: *habet*.

<sup>61</sup> C, A, D: *memoria*.

DE Transitu Tartarorum Per Pocuam Anno M.D.XCIII Epistola  
Ad Illustriss. & Reuerendiss. Dominum Cynesium S. R. E. Tit. S. Georgij  
Cardinalis Aldobrandinum: ab Illustriss. Dno Ioan de Zamoycis R. P. supremo  
Cancellario, et exercit. Generali missa.

Illustrissime & Reuerendiss. Domine

Pro eo loco, quod apud S. D. N. Illustrissima D. V. est, proque eius in me bene  
uolentia, nulla res maior hic esse, quam ad rem Christianam pertinere petem,  
de qua non meis literis curiorem Illustriss. D. V. faciendam mihi statua m.  
Atq; optarem sane letiore aliquo nuntio imperari me Illustriss. D. V. posse,  
sed cum omnia, qua a humana, seu diuina potius uoluntate pendere optare  
quidem, et pro uinis, ut quam optime cadant, elaborare possimus, non uari  
autem aliter cadant, quam uel optamus, uel speramus: eius nunc rei  
nuntium perscribere Illustriss. D. V. cogor: que quem alijs dolorem afferat,  
nescis, mihi certe uitam acerbam facit. Tartari igitur, cum omnium  
ferè animis ab expectatione eorum auersis, nauigijs, à Turcarum Tyranno  
numerossimis, eis subministratis, scilicet Traicete relicto, in ipsa orcia, pro  
fere Byzantem traicissent, mox Nestro etiam ad Thebinam supra Mon  
castrium Turcica ditionis transiisse, inde superiore uia, qua Solyma  
nians bello usi fuerant, uersus Castrinum ueltra ituros, et ipsi pro se tu  
lissent, et ex Valardia nunciaretur: subito per Kalardeam itinere conuerso,  
primum per pram quandam finum Regni, deinde Transiluanica ditionis  
in Ungariam penetrarunt: ita autem perasperunt, ut quamuis parua  
omnino uires paratæ essent, quibus numerosissimus barbarorum exer  
citus remouari posset; magis tamen fere fuga, que similis fuge profectis  
eorum quam paucitas nostra, summo pugandi ardore incursa, pre  
lium eximeret. Ad quam quidem totam rem, nihil incommodius  
fere accidisse mihi uidetur, quam quod ante discessum regium, seu  
ante proxima potius comitia, de periculo, quod à paganis expectandum  
esset

Копия письма Яна Замойского из кодекса S 96 sup. Амброзианской библиотеки в Милане  
(с позволения докторской коллегии этой же библиотеки). S 96 sup., fol. 349<sup>r</sup>

A copy of Jan Zamoyski's letter from the Codex S 96 sup., Biblioteca Ambrosiana in Milan  
(with permission of Board of Doctors of the same library). S 96 sup., fol. 349<sup>r</sup>

esse nihil cum M. Regia communicatum fuerit, atque ita in tempore, et periculo  
illi obicari, et quo illud propulsaretur, iustus exercitus comparari non potuerit.  
cum enim de communicatione belli huius primum post discessum Regium, rebus  
si se hanc praelio iam exasperatis; et spe pacis praecisa, aliqui ex senatoribus ap-  
pellati fuissent, accidit; ut neq. a Regia Maiestate mature rebus ijs occurrere  
tuerit, de quibus ante discessum suum nesciuisset, et illa absente, ne uel om-  
nium ordinum conuentus tuto' haberi, uel ut maxime habitus fuisset quic-  
quam de huiusmodi rebus statui posset, uereremur: Quod quidem uel  
apud ipsum nuntium Caesarea M. iam exime non dissimulaui, responsum  
que, quod illi tum dederam, cum ad sereniss. Regem in suediam, tum ad  
sereniss. Reginam uiduam Sarroniam, ad Illustriss. etiam Cardinalem Ba-  
dinulum, alios que non nullos senatores, iisdem uerbis, quibus id dederam,  
mox prescripsi. Cum enim, ut alios senatores ita me quoque nemine  
Caesarea M. appellasset, et difficultatem conuentuum indicendorum, et ad  
huiusmodi res se secundas, ipsa Regia Maiestate praesente opus esse, multis  
ei iam tum demonstravi ad Tartaros uero quod pertineret, respondi  
posse eos ea uia, qua solymanno sigetum obsidendo, usi fuissent, iti-  
nere a Regni finibus diuerso, et remoto, in Ungariam peruenire. Quam  
ob causam cum mox potius communicandum Caesarea Maiestati me  
putare, ut in Tartaros intentus esset, cum praesertim nobis etiam, si  
auxilij quid existimari ferre deberemus, ita loco proficiendum esset,  
ut a Tartaris securi essemus, se per nostros fines nichilominus perumpere uel  
lent, cum id sine damno, et iniuria nos tra futurum non esset rem ipsam,  
prohibendi eos, ut cumq. possemus, necessitatem nobis imposituram  
oscendi: Militem tamen exiguum admodum iam esse: cum omnis ratio  
grauioris periculi propulsandi, ad publicam feri expeditionem in comi-  
tibus relata esset, (qua contra tantam hostis eius celeritatem, non satis  
